



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

3. Corvus crocitans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Adam hæ-
reditatem
hominum
bolo unico
abliguri-
vit.

pattimonium habetis, miseriarum cumulum, cælum A

vobis magni Dei nutu transcriptum erat, & legatum
certissima sponſione: ego turbavi omnia, & heredita-
tem omnium vestrū abliguri vi bolo unico: uxorem
& pomum pluris ego feci quā vos omnes, quā cæl-
lum, quā Deum: hem malum & execrandum pran-
dium, post quod aliquot millibus annorum, mihi cor-
nandū fuit apud inferos! In horto degebā supra quā
cogitari & fingi potest amœno: omnibus quæ animo
collibuisse, frui ibidem licebat, unicam si stirpem de-
clinasse. Omnium animantium rex eram, sapiens &
pulcher, valens & robustus: deliciis innumēis afflu-
ebam; cælum aquabili clementiā novis conjugibus fave-
bat, & in cerulea veste nitidum, continū ridebat: so-
les non nisi purissimos illic vidimus, nil nisi amœnum
& floridum incurbat oculos; aures suos habebant
musicos, aviculas; terra crocum & cinnamomum hala-
bat; undique me voluptas incredibilis ambiebat: vive-
bam procul omni curā, tædio, metu, labore, morbo, B
morte: Deus aliquis eram in terrā, hanc felicitatem cæl-
lites ipsi mihi gratulabantur; ego unus eam mihi maxi-
mē invadebam: & quia divina legi non parus, & veti-
tum malum admordi omnia in me mala irruerunt: Pa-
radiso exturbatus, à Deo profugus, pudore plenus late-
bras captavi. Labor, dolor, meror, pavor, lacrymæ, cal-
lamitates, mille miseriæ fatigare me ceperunt, vos sen-

Mors sepe
est initium
aeternarum
grunnarū.

Porta celi
ultra quin-
que millia
annorum
occlusa.

Thom. Sta-
plet. in vitā
illius c. 16.

titis, quorū ex meā familiā estis, & quod finis ærum-
narum esse creditur mors, sepe est initium, & quidem
aeternarum. O mei filii, meo vestroque damno sapite, &
vel unum hoc à me discite: PECCATUM ODISSE. En
prorumpentem iuxta me flammam; hæc eodem quo
peccatum tempore caput urere, nunquam in æternum
extinguenda, omnia alia supplicia in levi ponenda sunt,
& brevī finitur, hæc reos semper cruciabit; sed eam
evadere jam possumus, modo ipsi velimus. Ultra quin-
que millia annorum mihi meisque liberis omnibus por-
ta celi occlusa fuit; nunc resarata est per illum, qui, quod
ego liber male rapui ex arbore, ipse suffixus in arbore,
totum liberalissimē persolvit, & nobis omnibus morien-
do restituit rem. Cunctis jam cælum patet, sed eo non in-
ducit nisi via penitentiæ, non admittit nisi porta crucis:
qui hac viā, & per hanc portam venit ad gaudia, securus
venit, & certus habitationis æternæ, non excludetur il-
lic amplius: nemo illic lædi potest aut lædere. O pos-
tteri AETERNITATEM cogitate, brevī immortales fu-
turi, aut inter damnatos, aut inter beatos. Hæc ad pos-
teros monita sunt Adam, qui,
Quam meruit panem solus digessit in omnes.
Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, vir qua plera-
que omnia summus, cum re nullā flecteretur ad assen-
sum regie libitini præbendum, submissa est ad eum in
carcerem uxor, si ea fortē virilem animum, qua preci-
bus qua lacrymis emolliret; preces ergo quā blandis-
simas admoveere cepit, & per facta omnia rogare, ne se,
ne liberos, ne patriam & vitam, quā multis annis in-
super liceret frui, sic irer perditum. Cum verba lacrymis
etiam commendaret, & plura de prolixiore vitā ingere-
ret; Et quam? (subjungit Morus) o mea Aloyia, frui
hac vitā potero? tum illa: O mi optime marite, inquit,
ipsis facile viginti annis. Cui Morus: Vis ergo, inquit, ut
aeternitatem viginti annis commutem? nā tu imperita-
es meretrix: si viginti millia annorum dixisses, aliquid
tu quidem dixisses, & videri posses cum ratione istan-
re: sed hæc ipsa viginti millia annorum ad aeternitatem
quid sunt? modicum & breve quid, punctum, momen-
tum, nihilum. Ideo ego carcerem, & quidquid malo-
rum in me conjuravit, totā vitā perpeti malo, quā A-
ternitatis beatæ vel tantillam jacturam facere. Sic Ater-
nitatis objectu & hunc arietem inconcussus sustinuit.
Sed nigrum altum jam consideremus.

III. CORVUS CROCIVANS.

Proximè hoc protoplasti cadaver, corvus appictus
est, qui non leviter faciat Aeternitatem integrè re-
presentandam. Notum D. Augustini dictum est: Cras, Cras causa
cras, corvi vox est, gemit ut columba & tunde pectus. Hanc fe-
rè ob causam, beatam Aeternitatem plurimi amittunt,
quod illam hodie querendam, cras quaesituros se ita-
tuunt, nihil enim promptius in incertissimum CRAS
rejecimus ac penitentiam, quam ut à nobis honesto
nomine amoliamur, identidem promittimus:

Cras hoc fiet. idem: cras fiet. quid, quasi magnum
Nempe diem donas? sed cum lux altera venit,
Iam cras hesternum consumpsimus. ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra.

Perf. sat. 5.

Ita CRAS illud tam longā sponſione cunctatur, dum
vitæ tempus eripitur, & repente miseri ad Aeternitatem
sed horrendam & subterraneam devolvuntur. Ista est,
ait Augustinus, quæ multos occidit; cum dicunt: CRAS,
CRAS, & subito clauditur os. Salomon identidem Eccl. 5.
inclamat: Non tardes converti ad Dominum, & ne differas
de die in diem, subit enim veniet ira illius, & in tempore vin-
dictæ disperdet te. Verè dixit Romanus sapiens Seneca:
Magna pars vitæ elabatur malè agentibus; maxima ni-
hil agentibus; tota, aliud agentibus: atque veluti Ar- Archime-
chides, dum Syracusæ caperentur, domi suæ in pul- diis factum
vere circum securus rotabat: ita plurimi hominum, cui cap- dum Syra-
dum illorum æteritæ salutis agitur, pulverem illi suum reant.

tractant vanis litibus, pecuniariis negotiis, & non pro-
futuris laboribus distenti. Aeternitatem nunquā cogitant,
aut rarissimè, idque perfunctoriè tantum, velut canes è
Nilo bibunt. O Martha, Martha, quā vanè turbaris &
distraheris in plurima, porro unum est necessarium beatitu-
do, sed nō hæc brevis in terrā, sed illa in cælo AETERNA.

Antequam laborem fumamus, notam illam regulam
sepe applicamus, & nobiscum ipsi quaerimus: Estne hic
labor ad panem lucrandum? An non potiori jure Chri-
stianus cuiuscunque operis initio, seipsum seriis inter-
roget; Estne hoc ad cælum lucrandum? conductio
istud ad beatam Aeternitatem promerendam? sed nos
has tales curas in aliud atque aliud tempus rejicimus,
nimirum istud de labore nostro tunc quaesituri, cum non
amplius poterimus laborare. Sed hoc omnium pecca-
torum est, ait Augustinus, omnis peccator dicit, aliquan-
do, sed non modo. Ah, cur non modo, si aliquando?

Dionysius Rex Siculus, Apollini auream chlamy- Cur Apol-
dem abstrahens: Nec aestati, inquit, nec hyemi vestis lini Dio-
hæc convenit; in aestu gravat, in frigore non calefacit. Siculus au- nyfius rex
Sic multi, ait Ambrosius, cum animā suā ludunt, & ream chla- mydem
cum Deo. Juveni dicunt, ad mundi leges vivendum mydem
est: ad calices & choreas, ad equos & palestram exer- abstraxit.
citatus sit, aprico gaudeat & sociis: eremum & templa
tetricis senibus permittimus; & cum senectus adreple-
rit frigida & morbida: Non hæc, inquit, à senibus
postulanda; per vires non licet: quies illis indulgenda:
valerudinem curent, & satis agunt. Ita & aetas ætatis
nostræ transiit, & hyems, & ad futurum æternum ver
nihil laboratur. Ergo dum tempus habemus, operemur
bonum, nec per corvinum illud, CRAS, CRAS, & ho-
diernum, & crastinum, & æternum elabi sinamus. Cra-
stina dies non est nostra, sed hodierna. Ecce nunc, inquit
Apostolus, qui dicitis, hodie aut crastino ibimus in illam ci-
vitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, &
lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est
enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps
exterminabitur. Rectè Meffodamus, quod Guido Bi-
turicensis narrat, invitanti ad epulum postera lucis: Mi
amice, inquit, cur in crastinum vocas? ab aliquot jam annis
diem securam mihi nunquam polliceri sum ausus, quia in ho-
ras singulas mortem expecto. Nemo certè mortem satis ca-
vet, nisi qui semper cavet. Nimis ille temerarius est, &
Aeterni-

Aeternitatis manifestus contempitor, qui cum letali peccato it cubitum, & in plunias se abijcit, toroque proflat de pectore sompnum. Ah! quanta est humana mentis & cecitas & temeritas: quam frequens sit & crebra mors repentina, scimus; ipsos etiam homines novimus, qui pridie valentes & sani cubitum ierint; mane inventi sunt mortui, forsitan & plunias, Deus scit, in flammis tracti: ipsi etiam vidimus, qui subita vi tacti, simul egrotare coeperint & mori, intra partem horae sani, aegroti, vivi, mortui, & tamen adhuc procrastinamus, & de die in diem (parum est hoc) de anno in annum emendationem vitae differimus, interim mors adest non expectata, tot nos tradit Aeternitati.

Viriliter in se cunctabundam hanc longitudo expugnans Augustinus: *Sentiebam*, inquit, *me ab eis teneri*, & *jactabam voces miserabiles*, *Quamdiu, quamdiu cras & cras?* Quare non hac hora finis turpitudinis meae? dicebam haec & flebam amarissimam contritione cordis mei.

Magnus ille Antonius, teste D. Hieronymo, suos ad virtutem exhortatus, jugi meditatione aiebat retinendum esse monitum illud: *Sol non occidat super iracundiam vestram*. Neque tantum super iracundiam solem occidere non debere dicebat, sed & super peccata alia omnia, ne unquam seclerum nostrorum testes Sol & Luna discedant.

Ioanni Alexandrino Patriarchae, litigii quid fuerat, cum Niceta Patricio urbis primat: ad forum respectabat, in qua ille potius pauperem, hic numerum magis curam gerebat. Fuit ut unum in locum convenirent, pacem, si qua ratione possent, inirent. Clamatum est diu acriter, nec sine stomachi aut bilis indicio, neuter suas partes deferere aequi censebat: ita in seras horas conflictus hic verborum abiit, nec amplius profectum est, quam ut animi paullo quam antea essent offensiores. Quando ergo neutrius animus ad alterius conditiones accedere voluit, discessum esse lit pendente & integrum. Patricius iure pecuniario cedere iniquum putabat, Patriarcha Dei causam sibi agere videbatur, nihilominus tamen, cum jam abiissent, Patricius pertinacia seipsum damnans integerimus Praefuit. Nec in optima quidem causa (at ipse secum) hanc inflexibilem irae contumaciam Deo placere putet: Quae etiam adulta nox imminet; itane solem super iracundiam nostram occidere sinemus? Impiorum hoc est, & contra preceptum Apostoli: nec quievit optimus antistes, & quam primum sacerdotes primarios complures ad Nicetam Patricium submisit, eique renunciarum iussit haec solum: *Domine, Sol ad occasum est*. Quae paucula verba Patricii animum improvise aggressu sic immutavit, & adeo pervicaciam omnem expugnavit, ut turgentibus oculis prorupturas lacrymas aegre in statione contineret: nec distulit; abeuntes clericos est vestigio secutus, ad suum Pontificem Ioannem, quam importunus tam gratus irruit, & statim: Sancte Pater, exclamat, in tua posthac ero potestate: quo dicto in mutuos amplexus, & una in concordiam iverunt ambo; ita pacem, quam longa verborum velitatio nequit, unicum hoc dictum integravit: *Sol ad occasum est*. Ita omnino, quisquis peccati mortalis conscius sibi est, vespere hoc ipsum sapius apud se animo revolvat: *Domine, Sol ad occasum tendit*; fortassis & vita tua. Atque si hac nocte moriaris, quod nec novum, nec rarum est, in qua te futurum putas Aeternitate: divorum an damnatorum? Conscientia tibi hoc dicit; quare age quod agis, *Sol ad occasum tendit*, cave occidat super libidinem & luxuriam tuam, super tuam invidiam & blasphemiam, super detractionem tuam & furtum, super peccatum tuum mortale vel unicum. Deus bone, si vestis, si vultus, si pileus levi sorde maculetur, mox abstergimus aut eluimus; ergo vestis aut pilei, ergo vultus maculam tolerare non possumus, & animi turpissi-

mos navos tamdiu toleremus? is dies, ea hora expiationis esto, quae est peccati, agenda est poenitentia, ait Ambrosius, non solum solliciti, sed etiam mature, ne forte Angelicus ille paterfamilias, qui arborem suam plantavit in vinea sua, veniat, & quaerens fructum in ea, si non inveniat, dicat cultori vineae, *succide illam*. Hoc ultimum vulnus arbori inflictum, prorsus est immedicabile. Ergo quibus licet, & dum licet, medeamur. Ipsae animantes hoc docent, cervus sagitta confixus, ad dictamnum nosam sibi herbam properat. Hirundo si pullos excecaverit, novit illos oculare rursus de sua chelidonia. Nos, heu, miseri penes quotidie vulneramur, & saepe letaliter, & tamen medicinae cura nulla est. Ad mensam, ad confabulationem, ad lectum, uti assuevimus, properamus: & quis ad poenitentiam, ac confessionem?

Si velaris Angeli (nam & hi in hoc Aeternitatis typo expressi adsunt) monita audierimus, nunquam nisi prius Deo reconciliati cubitum abiremus, custos hic noster sapius monet clepsydra ad finem defluentis, monet iudicii iam imminenti: at nos via, qua cepimus pergitur; fluat clepsydra, imminet iudicium, Orcus minetur, moneat Angelus, mors instet, nos vero pergitur, & in dulcem declinamus lumina somni. O miser quisquis es, -- potes hoc sub casu ducere somnos?

potes Conscientiam peccati mortalis ream ad lectum

deferre: pores in tanto aeternitatis mortis periculo soporem mortis fratrem admittere? Possim, inquit, possim, nec aliquid mali mihi unquam evenit. Ne fidas, unica hora evenire potest, quod mille horis non evenit; nondum evasisti, & cogita obsecro, quanto spatio anima tua distet a morte, ab inferis, ab aeternitate: unice certe habitum. Verissime tu quoque dicis: Uno tantum gradu, uno gradu

ego, morisque dividimur. Non magno apparatu opus a morte distet, ut mors te sternat, neque tota telorum pharetra ex-

haurienda, ut cor tuum transigat: unius sagittulae micro vita te omni spoliabit. Ecce aura malignior & corruptior r' afflat, vel humor aliquis e erebro in pectus subsidit, vel aliquid alicubi ossiculum in corpore obse-

pirat, aut cordis calor subito suffocatur, aut arteriae pulsus interceptitur, & totum tuum vivere concidit, tunc te prius ad aeternitatem abreptum esse miraberis, quam metueres abripiendum. Mille sunt non tantum tardae, mille tam

sed repentine mortis viae. Mors illa maxime improvisa, tardae quae est, cuius vita praecedens non fuit provida. Mors imprae-

meditata, mors pessima: ideo salubriter consultum est omni aetati, ut omnem diem sibi credat ultimum, imò omnem horam putet extremam. Quot hominum subito sunt extincti, lapsu, laqueo, veneno, gladio, flammis, undis, leonis unguibus, aprorum dentibus, equorum calcibus? mille mortis caussae; quotquot corpora sunt, non dicam sensus, sed & porus, tor & moti sunt fenestrae, per quas irrepit & jugulet. *Natus es*, ait Augustinus, *certum est quia morieris*: & in hoc ipso, quia mors certa est, dies

mortis incertus est. Nemo nostrum scit, quam prope veretur terminus. *Nescio*, ait Iob, *quamdiu subsistam*, & si Iob c. 32. post modicum rollat me factor meus. Media vita in morte sumus, quam in sinu semper circumgestamus, & cui exploratum est se ad vespeream victurum? Huic homini

latroni, Morti dico, mille sunt nocendi artes, innumera fulmina, tonitrua, ignes Phrygii & Graeci, sagittae, gladii, falariae, falces, fundae. Exemplis opus non est, quae a priscis petamus, sat recentium habemus: nonne multi nobis non ignoti, dum dormierunt, in mortem ipsam obdormierunt, non excitati ante supremum diem? Non semper mors nuntios aut Ecceles mittere, qui adventum suum significant: sapissime adest inexpectata, & sine omnibus caeremoniis in terram hominem invadit, In inferno

sternitque. Vigilate itaque, quia nescitis neque diem neque horam. Est quidem in inferno poenitentia, sed non nitentia, vera, & sera nimis. Nunc tempestivus clamor est: *Facite Mat. 3. fructum dignum poenitentiae*. Venit nox quando nemo potest operari: *1. Ion. 9.* opera-

Lib. 2. poenit. cap. 1.

Medicinae nobis cura nulla est.

Virgil. 4. Aeneid.

Vno gradu vidimus.

Mille tam tardae quae est, cuius vita praecedens non fuit provida. Mors imprae-

Morti mil-

In inferno

Phil. 4.

Leont. Cyr. Episc. in vita illius c. 14. Ioannis Alex. cum Niceta Patricio litigium.

Orig. hom. 10. in Mat. operamini ergo dñi dies est. Dies, inquit Origenes, huius sæculi spatium est; qui quidem dies nobis longus, sed si cum Æternitate conferatur, est brevissimus, quam tamen dici breviter infinita sequitur Æternitatis prolixitas. O mi homo, tu præsertim, qui peccati gravius conscius tibi es, Æternitatis ostium contemplare, & mortem cogita. Incertissimum est quo te illa loco expectet, tu itaque illam omni hōo expecta. Qualem te invenerit Dominus cum vocaverit, talem pariter & iudicabit.

CONSIDERATIO VIII.

Quomodo Christianis non tam pingenda, quam meditanda sit Æternitas.

O Rdo postulat, ut à Psalte regio, aliisque æternitatem meditantibus, in nos ipsos descendamus, nobiscum ipsi habitemus, & saltem subinde domi, & apud nos simus; nimis procul à se suaque salute abit, qui quod transiit, videt; æternorum obliviscimur.

Norunt jurisconsulti, jus illud quod de solis tribus obolis est, deferendum non esse; si jus sit perpetui & æterni census, magnum inesse censuræ pretium tribus tantum quadrantibus; si singulis ii annis sint suo domino pendendi, tanti est rei vel vilissimæ perpetuitas: quod si per trium obolorum persequeris, mi homo, & qui sit quod in hæreditate regni æterni adipiscenda tam locorsis & oscitabundus; de tribus obolis bellū alteri moves, & prolixum intricis litigium, cælum alis rapiendum permittis? nimirum res vilis est cælum; certe apud te, qui tam passim pro cælo laboras. Omnia alia tanto queris ambitu, tanto conatu & sudore: de æternis, ut quæ procul distare videantur, vix cogitare vacat; & cum vacat, non libet. Res morosa videtur, mentis oculum fatigare in iis quæ pervidere nequeunt. Vicina & præsentia magis delectant.

Pro thesauris æternis nulla queritur æsecuratio. Hic si sapiamus, mirabimur nostrā ipsi cecitatem, aut veris infaniam, quod cum in plerisque omnibus præsertim ubi pecuniaria causa est, velimus esse certi, at verò cum de thesauris æternis agitur, nulla queratur, cum haberi possit aliqua certitudo, vel ut vocant æsecuratio. Quis mutuas dat pecunias, qui non in vicem litteras postulet, aut pignora? Omnium hoc in ore est: Certus esse volo, cupio æsecurari, viam ibo tutiorem, aleam subire non placeat: præsentia & certa ubique, præpollent incertis & longè diffinis; melior est passer unus in manu, quam decem aut viginti in tecto: charior nobis est regulus in cavea, quam aquila in nubibus. Nimirum cum Plauto sentimus, & cum credunt manus nostræ cum sunt oculatæ. Itæne, o mortales, certitudo vobis queritur rerum incertissimarum, & tunc maxime fallentium, cum manu tenentur; de vitæ æternæ tam non curatis esse certi? Norunt Christiani quam hic æsecurationem aut certitudinem posuerit Rex cæli, Christus: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Qui servat, ingreditur: res certissima, via securissima est: at verò qui vel in unicum ex his præceptis peccat, penitentiam insuper differt, nec eadem quæ peccavit horâ, offenso se Deo reconciliat, is se suaque omnia, is corporis & animæ salutem æternam, aperto committit discrimini.

Matt. 19. Luc. 18. Tribus digitis (sed nec tantum) à morte abest, cum mille mortis causis intra se contineat, & tamen in illo damnationis statu temerarius persistit, in quo si morte obiret, periret in omnem æternitatem. An non hoc est temerariè agere, & aleæ periculosissima, quam facile vitare posset, æternas divitias committere?

Quod si tot anni in inferorum cruciatibus essent explendi, quor peccata quis patrasset, aut etiam quor hostes vixisset, quam id esset tolerabile? at revera sic plures viverent inimici hostes Dei, si ad certos tantum annos ignis ille duraret, nam plurimi ne sic quidem terren-

tur, cum sciunt supplicia illa æternum; & infinitos annos duratura, eaque de tanta tamque immania, ut pars horum in iis consumpta videatur annus. Nam si conflaretur in unam quali massam id quod homo centenis annis in hac vitâ perpeti potest, putâne annum unum apud inferos exigendum æquaret? sicari, latrones, parricidæ, & quorumcunque scelerum rei triduo aut quatrduo omne sibi debitum supplicium exhauriunt: dirissimè quidem torquentur, sed intra paucos dies omnis hæc stat tortura, & tota unius circumactū hebdomadis absolvitur. At verò damnatorum tormentum non uno anno, nec sæculo uno alteròve concluduntur: Deus hos semper punit, neque unquam satis punit, etsi totâ puniatur Æternitate.

I. Non rem tantum, sed & spem omnem Æternitatem præscindit.

S Pes in hac vitâ sic habet, ut sæpe sola hominem in miseris soletur: ad sublevandam enim hominum lassitudinem, spe nihil est efficacius. Et divina lenitas plerumque aliquam in adversis spem salutis reliquam facit. Egroto dum anima est, spes est. Post hanc vitam, hoc ultimum rerum adversarum solatium dānatis penitus ademptum est: spe sublata, sola remanet æterna desperatio. Vidit & audivit Daniel Propheta clamantem angelum: *Succidite arborem, & præcidite ramos ejus: excutite folia ejus, & dispergite fructus ejus. Veruntamen germen radicis ejus in terra sinite.* Florem, inquit, Ambrosius, & folia decutit, radicem servat; delicias hic auferruntur, pœnæ infliguntur, spes tamen non adimitur: en, radix servatur, spes manet. Apud inferos radicibus & stirpis evulsæ est. Non relinquet eis germen, neque radicem, clamar Malachias. Iobus etiam dolens: *Et quasi avulsæ, inquit, arbori absuli spem meam.* Spes impiorum peribit. Ergo dum possumus, sed simul etiam id quod debemus, speremus. Ovidius olim monet:

Omnia sunt hominum tenui pendencia filo,

Et subito casu, quæ valuerunt ruunt.

His ergo fidendum non est, nec sperandum in his. Bernardus viam monstrat meliorem, his verbis: Dicit fides, parata sunt magna, inexcogitabilia bona à Deo fidelibus suis: dicit spes, mihi illa servantur: jam tertia, charitas: curro ego, ait, ad illa. Spes vera, uti D. Gregorius affirmat, in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius, quæ tolerat, sentit. Spes vera, omnia modicum quid, & momentum esse non nescit. Sed o momentum, à quo tota pædet ÆTERNITAS! hora mortis & extremi agonis dies propriè momentum illud est, & illa pretiosa margarita, ob quam prudens mercator omnia vendit, ut illam emat. Sed pauci norunt hujus unionis pretium. D. Hieronymus affirmat, & Pro æternâ salute, inquit, omnis admodum homo negligens est, sed unde neglectus iste in re summi momenti? Oculos miseri habemus imbecilles & malos, cominus satis videmus, eminus vix quidquam. De adultis & senibus non loquar: pueri puellæque à cunis recentes, & quibus nondum omnes dentes nati, vitorum elementa accipiunt, & minimas avaritiæ sordes ediscunt: mox acquirendi docentur insatiabile vorum; norunt itaque quid lucro, quid crumena, quid penori faciat, de mercimoniis loqui possunt, & vinâ judicare, & vestium peregrinas formas dictare norunt, mirum:

Hoc monstrant vetula pueris poscentibus affem,

Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ:

Inde serè scelerum causas;

Inde etiam tanta rerum æternarum inscitia, aut obli-

vis; juvenes, senesque nuni pretium probè intelligunt, celi & Æternitatis ignorant. Sed pergamus ulterius.

II. Æterni-

Spes in hac vitâ solatur hominem;

Damnatis verò penitus est sub-

Desperatio. Vidit & audivit Daniel Propheta clamantem angelum: Succidite arborem, & præcidite ramos ejus: excutite folia ejus, & dispergite fructus ejus. Veruntamen germen radicis ejus in terra sinite. Florem, inquit, Ambrosius, & folia decutit, radicem servat; delicias hic auferruntur, pœnæ infliguntur, spes tamen non adimitur: en, radix servatur, spes manet. Apud inferos radicibus & stirpis evulsæ est. Non relinquet eis germen, neque radicem, clamar Malachias. Iobus etiam dolens: Et quasi avulsæ, inquit, arbori absuli spem meam. Spes impiorum peribit. Ergo dum possumus, sed simul etiam id quod debemus, speremus. Ovidius olim monet:

Serm. 10. in Pf. 91.

Homo pro æternâ salute negligens est.

Juvenalis Satyr. 14.